

ENCHIRIDION
MARIANUM
BIBLICUM PATRISTICUM

Dominici Casagrande

cura et studio

ROMAE

Sumptibus «COR UNUM»

Figlie della Chiesa - Viale Vaticano, 62

MCMLXXIV

PRAEFATIO E.MI D.NI ALBINI CARD. LUCIANI
PATRIARCHAE VENETIARUM

Permagno animi gaudio nuntium accepi de proxima editione huius operis, quod uno volumine colligit quae Sancti Patres de Beatissima Virgine scripserunt. Optimum enim instrumentum id erit omnibus qui ecclesiasticam traditionem scrutari contendunt, ut videant quomodo decursu temporum depositum fidei, ab Apostolis traditum, sese usque ad dies nostros eolverit, manente tamen immutata dogmatum substantia. Quod hodie maxime desideratur, dum per totam Ecclesiam, secunda Vaticana Synodo prae-eunte, fervet opus accommodatae renovationis; hanc enim consequi non poterimus nisi prius bene perspectum habebimus quid transacto tempore senserint christianae veritatis testes et doctores.

Hoc non ceteris tantum sacris disciplinis speratur profuturum, sed et doctrinae, quae Virginem Deiparam eiusque cultum respicit. Periculum enim non deest quin in contextu theologico postconciliari dubium exurgat doctrinam hucusque traditam de Beatissima Virgine cultumque Eidem tributum latinorum fidelium esse commentum cum sensu ineuntis Ecclesiae non componibilem.

Cui dubio nullo alio opportuniori modo obviare licebit quam allata magna sententiarum multitudine sanctorum Patrum qui ubique et omni tempore iam a primis saeculis Matris Dei laudes cecinerunt. Ex hoc opere multa devotionis incrementa metere poterunt qui in via virtutis, auspice Beata Virgine, proficere contendunt eorumque spiritus magistri. Nemo enim ignorat quanti facienda sit, ad devotionem fovendam et mores recte componendos, pietas quae sanae atque catholicae doctrinae innitatur. Ad hunc librum

utiliter forsán haurire poterunt et fratres seiuncti cum quibus fraterno nisu conamur illam unitatem instaurare, quam Christus Dominus a Patre impetravit et ad quam promovendam valde proderit communem Matrem simul agnoscere et colere.

Beatissima Virgo hoc sanctum inceptum propitia benedicat, benedicat auctorem, qui tantam laboris molem eius amore diligentissime sustinuit, necnon et Domum Editorialem «Cor Unum», lectoresque omnes.

Datum Venetiis, die XIX Martii MDCCCCLXXIII.

✠ ALBINUS Card. LUCIANI
Patriarcha Venetiarum

PROOEMIUM

*Beatam me dicent omnes generationes.*¹

Ita de seipsa Dei Genetrix Virgo Maria prophetavit. Generationum voces ab ultima origine Enchiridion hoc fideliter refert, Sanctorum Patrum opere et labore traditas, qui magna pollent auctoritate apud omnes in Christo credentes et « Traditionis vivificam testificantur praesentiam ».²

Temporibus nostris, tamquam illarum vocum imago fidelis, Sacrosanctum Concilium Vaticanum II affirmat: « Sancta Ecclesia Beatam Mariam Dei Genetricem cum peculiari amore veneratur, quae indissolubili nexu cum Filii sui opere salutari coniungitur; in qua praecellentem Redemptionis fructum miratur et exaltat, ac veluti in purissima imagine, id quod ipsa tota esse cupit et sperat cum gaudio contemplatur ».³

Idem Sacrum Concilium, quod in miram colligit syntesim de Beata Virgine doctrinam, haec docet: « Sacrosancta Synodus, [...] illustrare sedulo intendit tum munus Beatae Virginis in mysterio Incarnati Verbi et Corporis Mystici, tum hominum redemptorum officia erga Deiparam, matrem Christi et matrem hominum, maxime fidelium, quin tamen in animo habeat completam de Maria proponere doctrinam, neque quaestiones labore theologorum nondum ad plenam lucem perductas dirimere ».⁴

Humiliter Enchiridion hoc theologis, praesertim mariologis, eamdem doctrinam a Ss. Patribus elaboratam offert, ut quaestiones nondum ad plenam lucem perductas, dirimant.

Sacrosanctae Vaticanae Synodo praeterea « magnum affert gaudium et solatium, etiam inter Fratres seiunctos non deesse, qui Matri Domini ac Salvatoris debitum afferunt honorem, speciatim apud Orientales, qui ad cultum Deiparae semper Virginis fervido impulsu ac devoto animo concurrunt ».⁵ Ss. Patres Mariam Virginem *concordiam Ecclesiarum* praedicant.

¹ Lc. 2, 48.

² Conc. Vat. II, Constitutio Dogmatica *De Divina Revelatione*, n. 8.

³ Conc. Vat. II, Constitutio *De Sacra Liturgia*, n. 103.

⁴ Conc. Vat. II, Constitutio Dogmatica *De Ecclesia*, n. 54.

⁵ *Ibid.*, n. 69.

Utinam ad Fratres non christianos Enchiridion hoc pervenire possit! Ad Muslimos, praecipue, qui « Matrem eius [Iesu] virginalem honorant Mariam et aliquando eam devote etiam invocant », ⁷ atque ad Israelitas « *ex quibus est Christus, secundum carnem* » ⁸ filius Mariae Virginis ». ⁹

Presbyteris omnibus Enchiridion hoc sit fons doctrinae ad docendos christifideles, ut pie Beatam Virginem colant. « Sacrosancta Synodus [...] Theologos autem verbique divini praecones enixe exhortatur, ut aequae ab omni falsa superlatione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Deiparae dignitate consideranda sedulo abstineant ». ¹⁰ *Laetitiam omnium sacerdotum* ¹¹ necnon « Summi et Aeterni Sacerdotis Matrem et Apostolorum Reginam, atque ministerii sui praesidium, Presbyteri filiali devotione et cultu venerentur ac diligant ». ¹²

Seminariorum atque Ordinum et Religiosorum Institutorum alumnos Enchiridion hoc adiuvet ut « Beatissimam Virginem Mariam, quae a Christo Iesu in cruce moriente discipulo data est uti Mater, filiali fiducia diligant et colant », ¹³ et magni ducant « quid Patres Ecclesiae Orientis et Occidentis ad singulas Revelationis veritates fideliter transmittendas et enucleandas contulerint ». ¹⁴

Laici, qui suum exercent apostolatam in Ecclesia et in mundo, tam in ordine spirituali quam in ordine temporali, meminerint oportet quod eos Concilium alloquitur: « Vitae spiritualis et apostolicae perfectum exemplar est Beatissima Virgo Maria, Regina Apostolorum [...]. Hanc devotissime colant omnes suamque vitam atque apostolatam eius maternas curas commendent ». ¹⁵

Enchiridion insuper illustrat veritatem illorum Concilii verborum: « Sacrae Litterae Veteris Novique Testamenti et veneranda Traditio munus Matris Salvatoris in salutis oeconomia modo magis magisque dilucido ostendunt et veluti conspiciendum proponunt. [...] »

⁷ Conc. Vat. II, Declaratio *De Ecclesiae habitudine ad Religiones non-christianas*, n. 3.

⁸ Rm. 9, 5.

⁹ Conc. Vat. II, Declaratio *De Ecclesiae habitudine ad Religiones non-christianas*, n. 4.

¹⁰ Conc. Vat. II, Constitutio Dogmatica *De Ecclesia*, n. 67.

¹¹ Cf. n. 350 huius Enchir.

¹² Conc. Vat. II, Decretum *De Presbyterorum ministerio et vita*, n. 18.

¹³ Conc. Vat. II, Decretum *De Institutione Sacerdotali*, n. 8.

¹⁴ *Ibid.*, n. 16.

¹⁵ Conc. Vat. II, Decretum *De apostolatu Laicorum*, n. 4.

Quae primaeva documenta, qualiter in Ecclesia leguntur et sub luce ulterioris et plenae revelationis intelliguntur, clarius pedetentim in lucem proferunt figuram mulieris, Matris Redemptoris». ¹⁶

Quapropter locos marianos biblicos utriusque Testamenti transcribere maluimus potius quam «apocryphorum deliramenta». ¹⁷

Praeterea quod, in operibus antiquis, gravitatem marianorum dogmatum dedecet, omisimus.

Doctrinae corpus huius Enchiridion aevo patristico, scilicet a Ss. Patribus Apostolicis ad S. Ioannem Damascenum († 750) pro Oriente et a Tertulliano usque ad S. Isidorum Hispanensem († 636) pro Occidente, circumscripsimus.

Auctores omnes, tam Ss. Patres quam Scriptores Ecclesiasticos, in ordinem redegimus chronologicum, ut doctrinae de Beata Virgine Maria progressus melius appareat.

Permultas lacunas huius libri expleat diligentia benevoli Lectoris, a quo veniam, animo fidenti, petimus.

Datum Victoriae Venetorum, die II Februarii MDCCCCLXXIII.

DOMINICUS CASAGRANDE

¹⁶ Conc. Vat. II, Constitutio Dogmatica *De Ecclesia*, n. 55.

¹⁷ Vide n. 788. et n. 808.

INDEX GENERALIS

	Pag.
Praefatio E.mi D.ni Albini Card. Luciani, Patriarchae Venetiarum	V
Prooemium	VII
Index siglorum	XIII
Mariologia Biblica: index locorum marianorum	1937
Mariologia Patristica: index chronologicus Auctorum et operum	1938
Index alphabeticus Auctorum	1963
Index locorum S. Scripturae	1969
Index rerum: Mariae vita terrena.	1991
Index rerum: Mariae vita caelestis	2001
Index rerum: Figurae marianae Veteris Testamenti-Locutiones laudativae	2003
Index rerum: Haereses marianae - Haeretici	2014

INDEX SIGLORUM

- AbJB = J. B. ABBELOOS, *De vita et scriptis Sancti Iacobi, Ep. Batnarum Sarugi...* Dissertatio historico-theologica. Lovanii 1867.
- Al = B. ALTANER, *Patrologia*, Torino 1968.
- AM = GERMANUS MORIN, *Anecdota Maredsolana*, Maredsoli, 1893-1903, voll. 3.
- AS = *Analecta Sacra...* edidit J. B. PITRA, Parisiis 1876-1883, voll. 4.
- Bar = O. BARDENHEWER, *Patrologia*, Roma 1903, voll. 3.
- BHG = *Bibliotheca Hagiographica Graeca...* par F. HALKIN... *Supplément...* Bruxelles 1957.
- Bi = G. BICKELL, *S. Ephraemi Syri Carmina Nisibena*, Lipsiae 1866.
- BO = *Bibliotheca Orientalis...* Recensuit... Joseph Simonius Assemanus, Romae 1719-1728, voll. 4.
- Cay = F. CAYRÉ, *Patrologie et histoire de la Théologie*, Paris-Tournai-Rome 1953-1955, voll. 3.
- CCL = *Corpus Christianorum*, Series Latina, Turnholti (Belgium) 1953...
- Clavis = E. DEKKERS Ae. GAAR, *Clavis Patrum Latinorum* [Sacris Erudiri] Brugis 1961.
- CSCO = *Corpus Scriptorum Christianorum Orientalium*, Louvain-Paris.
- CSEL = *Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum*, Vindobonae 1866 ss.
- DAP = S. Irenaei Episcopi Lugdunensis *Demonstratio Apostolicae Praedicationis...* ex armeno vertit... SIMON WEBER, Friburgi Brisgoviae 1917.
- DThC = *Dictionnaire de Théologie Catholique*, Paris 1930 ss.
- EC = *Evangelii Concordantis expositio*, facta a S. Ephraëmo doctore Syro, Venetiis 1876.
- EnC = *Enciclopedia Cattolica*, Città del Vaticano 1948-1954, voll. 12.
- ETD = GERMANUS MORIN, *Études, Textes, Découvertes*, Maredsous-Paris 1913.
- La = T. J. LAMY, *S. Ephraemi Syri Hymni et Sermones*, Mechliniae 1882-1902, voll. 4.
- Lau = R. LAURENTIN, *Court Traité de théologie mariale*, Paris 1954.

- MBP = *Maxima Bibliotheca veterum Patrum*, Lugduni 1677.
- OC = *Oriens Christianus*, Periodico semestrale Romano per gli studi dell'Oriente Cristiano... diretto da A. Baumstark, Roma 1905.
- OCP = *Orientalia Christiana Periodica*.
- OG = J. S. ASSEMANI (Mobarak), S. E. ASSEMANI, S.P.N. Ephraem Syri *Opera Omnia...*, Romae 1732-1746, voll. 3. Graece-Latine.
- OS = PETRUS BENEDICTUSS (Petrus Mobarak) et S. E. ASSEMANI, S.P.N. Ephraem Syri *Opera Omnia...* Romae 1737-1743, voll. 3, Syriace-Latine.
- PA = F. X. FUNK, *Patres Apostolici*, Tubingae 1901, voll. 2.
- PG = *Patrologiae Cursus completus...* Series Graeca, accurante J. P. MIGNE, Parisiis 1857-1866, voll. 161.
- PL = *Patrologiae Cursus completus...* Series Latina, accurante J. P. MIGNE, Parisiis 1844-1864, voll. 221.
- (PL) = *Patrologiae Cursus completus...* Series Latina, Editio altera, Parisiis 1866 ss.
- PLS = *Patrologiae Cursus completus*, a J. P. MIGNE editus... Series Latina, *Supplementum*, accurante A. HAMMAN O.F.M., Parisiis 1958...
- PO = R. GRAFFIN, *Patrologia Orientalis*, Paris 1897 ss.
- PS = *Patrologia Syriaca...* accurante R. GRAFFIN, Parisiis 1894-1907, voll. 3.
- Qua = JOHANNES QUASTEN, *Patrologia*, Torino 1967, voll. 2 (3).
- Ra = J. E. RAHMANI, S. Ephraemi *Hymni de Virginitate*, in Sem. Scharfensi prope Berythum 1906.
- RB = Revue Bénédictine, Maredsous.
- RPhTh = R. LAURENTIN, *Bulletin sur la Vierge Marie*, in *Revue des Sciences phil. et théol.*, Paris 1968.
- SC = *Sources Chrétiennes*, Collection dirigée par H. DE-LUBAC et J. DANIELOU, Paris.
- SR = A. MAI, *Spicilegium Romanum*, Romae 1839 ss., voll. 10.
- Ti = TIXERONT, *Manuale di Patrologia*, Torino 1939.
- ca = circa.
- = Indicat locos ubi Virginis Mariae tantum fit mentio, vel locos levioris momenti.
- = Indicat locos apocryphos.